omnibus aliis diuinæ voluntati, & intentioni, ita vt huius modi verba ſuum ſortiantur effectũ ab eo qui ipſorum auctor eſt ſacramẽtorum. Ergo confeſſarius quilibet ſiue ille q primæ, i. cõmuni adhęret opinioni, ſiue ille q ſecundę. ſ. Corduuę, infirmum de quo eſt propoſitum dubium abſoluat, cum his verbis. Ego te abſoluo a peccatis tuis. Simpliciter intendẽdo illud facere quod Dominus vult per hæc verba circa infirmũ fieri, & ſic tute aget. Vbi aduerte ꝙ iſtæ duę opiniones vnum & idem præſuponunt. ſ. ꝙ in tali ſtatu infirmus poſsitus habet cõtritionem, quia ſecundum vtranq; Euchariſtia ſibi eſt danda cap. Is qui. 26. q. 6. quæ ſolis confeſsis vel ſaltim contritis qui confiteri nequeunt eſt dãda: alij vero dicunt quod nunc dictum eſt ſ. ꝙ talibus dentur Euchariſtia & Vnctio extrema, & in vno differunt, quia ſecundũ priorem opinionem debent huiuſmodi infirmi generaliter abſolui, & ſecundum ſecundam ſacramentaliter debent abſolui. Vbi vides ꝙ ſecundum vtranq; debent abſolui: id circo [vt dixi] cũ iſta verba. Ego te abſoluo a peccatis tuis, poſsint multipliciter intelligi, quilibet confeſſarius huius modi infirmum cum

his